



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

VI. An sit aliquod peccatum originale?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

LUTHERVS, in assert. art. 36. ait: Neminem habere in potestate, ut cogitet bonum vel malum.

MELANCHT. in Rom. 8. ait: Sic est opus Dei Iudee proditio, ut Pauli vocatio. Sed uterque datur in hoc palinodiam.

CALVINVS, ZVINGLIUS, Beza. &c. afferunt, 1. Deum ab aeterno praedestinasse peccatum Adae.

2. Et omnia omnium peccata:

3. Impelli diabolum a Deo, ut ad peccandum homines inducat.

4. Deum operari nobiscum aetius nefandos, non ut causam vniuersalem solum; sed ut particularerem: esseque nos instrumenta Dei Aetia peccatorum; Passua, Operum vetitorum.

Vnde colligi necesse, Deum esse simpliciter autorem peccatorum; idque vere & propriè solum, non homines.

Quæ docentur ex ipsis in Luthero- cal. p. 4. q. 5. 6. 7. 8. 9. 10.

PAPISTA. Ista singula singulæ sunt, impiazque blasphemiae.

RATIONES. I. S. Anselmi l. de lib. arbit. c. 8. Iusta voluntas hominis est ea rancrum, quæ vult, quod Deus eam vult velle; iniusta, quæ vult, quod Deus non vult eam velle: Ergo, si Deus vellet hominem peccare, velle eum velle, quod nolle eum velle.

At hoc implicat. Non ergo Deus potest id velle; min' autor fieri, imperare, impellere.

II. R A T. S. Fulgentij l. 1. ad Moninum, c. II. 22. 23. Omnes viae Dei Misericordia & veritas, Ps. 21. adeo nihil est in Deo vel a Deo nisi plenum rationis: ratio autem excogitari nequit, cur velit Deus, faciatue peccare homines: non igitur vult, aut facit.

Cura autem ex iniusto iustum faciat,

ratio est eius Bonitas. At è contra, ait Fulg. ibid. *Iustitia iusta non erit, si puni- dum reum nō inuenisse, sed fecisse dicatur. In- iustitia esset, si lapso tribuat paenam, quem fu- tem praedestinasse dicitur ad ruinam.*

Pulcrè S. Aug. 3. Confess. c. 2. Male- la benevolentia foret, si quis miserum velit, ut ei misereatur.

Præfertim, cum, Eccl. 15. Non sunt De necessarij impij.

III. R A T. S. Augustini lib. 83. qq. Insipientem non cadit, facere alium de teriore: ergo minus in Deum, ut Sapientissimum.

Deinde Deficere est ab Esse tende te ad non esse: Deus autem est quod est ergo deficere ad Deum pertinerere quid; proinde nec Peccare, quod est deficere.

IV. R A T. Deus vult eradicari mali- tiam, eamq; vetat, puniit: Christus venit tollat peccata, dissoluit opera diaboli: non igitur incitat ad operandum male.

Ita Sanctus Ambrosius libr. 1. Hexam. cap. 8.

V. R A T. Prou. 12. Errant, qui operantur malum. Et 3. Eth. c. 1. *Omnis malus ignorans.* Ergo Deus non potest cum peccatore malum operari.

VI. R A T. Marcion, Manichæus. &c. statuentes Deum operari in homine malum, fuerunt semper execrabilis: ergo pariter Libertini & Caluinisti: idem afferentes.

QVÆSTIO VI.

An sit aliquod peccatum Ori- ginalis?

HÆRE-



HÆRESIARCHI PELAGIVS, teste S. Aug. l. de pec. Horig. c. 16. ep. l. de pecc. mer. c. 2. ep. l. de her. c. 88. finxit; Peccatum Ad se soli nocuisse, non poteris: nasci que homines sine & virtute & virtuo: mori verò naturaliter nam & Adamum fuisse moriturum, et si non peccasset. In Synodo Palestina hanc haeresim ciuitatibus deinceps discipulis ecclie damnasset doctinam suam respondit: intellexi, pec. orig. posteris nocuisse Exemplo seu imitatione; non Propagatio ne, infantes vero nasci non qualis Adam erant; quod careant lib. arbitrio yisu sint que precepti in capaces.

II. PELAGIANI postea finxerunt, Mortem corporis
trahi ex Adamo per generationem; non tamen pecca-
tum, seu mors animæ Teste S. Aug. l. 4. contra Pelag. c.

III. ALBIGENSES, teste S. Anton. p. 4. tit. n. c. 7. §. 5. Et
ante hos Petrus Abailardus, teste S. Bern. epist. 188.
Christum fecisse omnia solum, ut nos verbo & exem-
pli doceret; quia solum nocuit Adam exemplo: In-
fantes, ut i[n]structionis & exempli incapaces, nec in A-
dam perire; nec per Christum saluari. Itaq[ue]; Pelagia-
nos secuti sunt; non Pelagium.

ANABAPTISTÆ, proposito Lutheri, sentiunt
cum Pelagio; Zwinglius & Erasmus &c.
cum Pelagianis. Vide *Lutherocalvin.* parte 4.
quest. 14.

PAPISTA. Et vere peccatum originale.

Quia Rom. 5. Sicut per unum hominem pec. &c. & mors in omnes: at hoc esse Actuale nequit; cum etiam infantes moriantur.

DICVNT Zwingl. & Anabaptistæ:

1. Per unum cœpit esse pec. actualē.

2. *Peccatum metonymice dictum, sc. Concubiscentia:*

4. Intrauit Imitatione, non Generatione. Vnde
de Erasimus sic verit: Propter unum hominem. &c.
In omnes homines mors perauisit. &c. Quatenus omnes
peccauerunt.

Ad I. Per Angelum cœpit actuale
pec. ante Adamum; in quo, i. Cor. 15. om-
nes moriuntur. Iam ut mors in mundum
intrans non fuit solius Adæ, sed est om-
nium; ita & peccatum eius est omniū.

Ad II. Causa peccati, homo : mortis,
peccatum est reale: Hoc a. non est con-

cupiscentia seu fomes peccati; quia non
tomitis, sed peccati stipendum mors, R.O. 6.
Et Ezech. 18. Anima, qua peccauerit, ipsa mo-
rietur. Et Deus non dixit, quacunque die
pronus fueris, sed comederis. &c.

AD III. Pauli scopus erat probare, Omnes vocatos ad gratiam esse; quia omnes peccauerunt in Adam origine ipsa: *Sicut in omnes ab uno mors pertransit.* Nam sicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem: *Sic per unius iustitiam in omnes homines in Iustificationem.* Atque ita locū istū capi oportere definiuit Conc. Mileu. quod, ut particulare, superbē reijcit Erasmus, loci deprauator. Vide Bell. l. 4. c. 3. &c.

QVÆSTIO VII.

*Qualis Origo sit animarum humana-
narum?*

I HÆRESIARCH. Gnosti, Manichæi, Priscilla
nista, teste Augl. de her. c. 6. 4. 70. cum Sto-
cis opinabantur: Animas esse particulas substantie
Dei: Proinde nec proprie creati; nec ab parentibus
traduci: sed à Deo inspirari.

Sicut dicit Gen. 2. inspiravit in faciem eius spiritus eum vita. Itaque ex Spiritu suo Deus spiritum animae produxit.

PAPISTA. Hæresis hæc damnata est in Conc. Bracarensi I.c. 5. Quia substantia Dei est immutabilis, & inuiolabilis. Mat. 3. Pſ. 101. Iac. 1. Anima vero est mutab. & violabilis, cum possit ex bona fieri mala; & contra: possitque puniri.

Dico. Deus trifariam producit Spiritum:

- 1. Ex substantia sua: Vt Sp. S.
- 2. Ex nihilo: vt Angelos:
- 3. Ex materia creata; vt animas bestiarum. Anima humana non est producta

Gg mo-